

**INTROIT Ps. 138: 17**

Mihi autem nimis honoráti sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eórum. Ps.138: 1-2  
 Dómine, probásti me et cognovísti me: tu cognovísti sessiónem meam et resurrectionem meam. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Mihi autem nimis honoráti sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eórum.

**COLLECT**

Omnípotens sempitérne Deus, qui hujus diei venerándam sanctámque lætítiam in beáti Apóstoli tui Bartholomæi festivitáte tribuísti: da Ecclésiæ tuæ, quæsumus; et amáre quod crédidit, et prædicáre quod dócuit. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE 1. Cor 12: 27-31**

Fratres: Vos estis corpus Christi et membra de membro. Et quosdam quidem pósuit Deus in Ecclésia primum apóstolos, secúndo prophetas, tertio doctores, deinde virtútes, exinde grátias curationum, opitulatiónes, gubernatiónes, genera linguarum, interpretatiónes sermonum. Numquid omnes apóstoli? numquid omnes prophætæ? numquid omnes doctóres? numquid omnes virtútes? numquid omnes grátiam habent curationum? numquid omnes linguis loquúntur? numquid omnes interpretántur? Æmulámini autem charísmata melióra.

**GRADUAL Ps. 44: 17-18**

Constitues eos príncipes super omnem terram: mémores erunt nóminis tui, Dómine. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: proptérea pópuli confitebúntur tibi.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. Te gloriósus Apostolórum chorus laudat, Dómine. Allelúja.

**GOSPEL Luke 6: 12-19**

In illo témpore: Exiit Jesus in montem oráre, et erat pernóctans in oratióne Dei. Et cum dies factus esset, vocavit discipulos suos, et elégit duódecim ex ipsis (quos et Apóstolos nominávit): Simónem, quem cognominávit Petrum, et Andream fratrem ejus, Jacóbum et Joánnem, Philíppum et Bartholomæum, Matthæum et Thomam, Jacóbum Alphæi et Simónem, qui vocátur Zelótes, et Judam Jacóbi, et Judam Iscariótem, qui fuit próditor. Et descéndens cum illis, stetit in loco campéstri, et turba discipulórum ejus, et multitúdo copiósa plebis ab omni Judæa, et Jerúsalem, et marítima, et Tyri, et Sidónis, qui vénérentur a languóribus suis. Et, qui vexabántur a spirítibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quærébat eum tângere: quia virtus de illo exíbat, et sanábat omnes.

**OFFERTORY Ps 138: 17**

Mihi autem nimis honoráti sunt amici tui, Deus: nimis confortátus est principátus eórum.

**SECRET**

Beáti Apóstoli tui Bartholomæi solémnia recenséntes, quæsumus, Dómine: ut ejus auxilió tua benefícia capiámus, pro quo tibi laudis hóstias immolámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**PREFACE OF THE APOSTLES**

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, Te Dómine suppliciter exoráre, ut gregem Tuum pastor ætérne, non déseras: sed per beátos Apóstolos tuos continúa protectiõe custódiás. Ut íisdem rectóribus gubernétur, quos óperis Tui vicários eidem contulísti præésse pastóres. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ Tuæ cánimus sine fine dicéntes:

**COMMUNION Matt 19: 28**

Vos, qui secúti estis me, sedébitis super sedes, judicántes duódecim tribus Israél, dicit Dóminus.

**POSTCOMMUNION**

Sumptum, Dómine, pignus redemptionis ætérnæ: sit nobis, quæsumus; interveniēte beáto Bartholomæo Apóstolo tuo, vitæ præsentis auxiliúm páriter et futúræ. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

To me Thy friends, O God, are made exceedingly honorable : their principality is exceedingly strengthened. (Psalm 138: 1-2). Lord, Thou hast proved me, and known me; Thou hast known my sitting down and My rising up. v. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. To me Thy friends, O God, are made exceedingly honorable : their principality is exceedingly strengthened.

Almighty, eternal God, Who hast bestowed on us the august and holy joy of this day by the festival of Thy blessed apostle Bartholomew, grant unto Thy Church, we beseech Thee, both to love what he believed and to preach what he taught. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, you are the body of Christ, and members of member. And God indeed hath set some in the Church, first apostles, secondly prophets, thirdly doctors, after that miracles, then the graces of healings, helps, governments, kinds of tongues, interpretations of speeches. Are all apostles? Are all prophets? Are all doctors? Are all workers of miracles? Have all the grace of healing? Do all speak with tongues? Do all interpret? But be ye zealous for the better gifts.

Thou shalt make them princes over all the earth: they shall be mindful of Thy name, O Lord. V. Instead of Thy fathers sons are born to Thee: therefore shall people praise Thee.

Alleluia, alleluia. V. Thee, the glorious choir of the apostles doth praise, O Lord. Alleluia.

At that time, Jesus went out into a mountain to pray, and He passed the whole night in the prayer of God: and when day was come, He called unto Him His disciples; and He chose twelve of them (whom also He named apostles), Simon whom He surnamed Peter, and Andrew his brother, James and John, Philip and Bartholomew, Matthew and Thomas, James the son of Alpheus, and Simon who is called Zelotes, and Jude the brother of James, and Judas Iscariot, who was the traitor. And coming down with them, He stood in a plain place, and the company of His disciples, and a very great multitude of people from all Judea and Jerusalem, and the seacoast, both of Tyre and Sidon, who were come to hear Him, and to be healed of their diseases. And they that were troubled with unclean spirits were cured. And all the multitude sought to touch Him, for virtue went out from Him, and healed all.

To me Thy friends, O God, are made exceedingly honorable: their principality is exceedingly strengthened.

Commemorating the feast of Thy blessed apostle Bartholomew, we beseech Thee, O Lord, that we may obtain Thy blessings by his aid for whom we immolate sacrifices of praise to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, to entreat Thee humbly, O Lord, that Thou wouldst not desert Thy flock, O everlasting Shepherd, but, through Thy blessed Apostles, wouldst keep it under Thy constant protection; that it may be governed by those same rulers, whom as vicars of Thy work, Thou didst set over it to be its pastors. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

You who have followed Me shall sit on seats judging the twelve tribes of Israel.

May the pledge of everlasting redemption, which we have received, O Lord, be unto us, we beseech Thee, by the intercession of blessed Bartholomew Thine apostle, an aid alike for the present and the future life. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.